Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

glie celesti etiam si talis erit illa qualis nondum est unita. Quicquid enim
passus fuerit a morte plus non est quam etiam p peccatis suis
antea merebatur. Hunc autem et peccata donantur et tunc uita
eterna prestabitur consortii angelorum splendor solis et ceteri quemadmodum
mus repromissa. Ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Odo
enim abscondita est cum xpo in deo et nondum apparuit quid
erimus quod dns repromisit scis. Hanc exspectatio creature reue
lationem filiorum dei exspectat. Diuersi hunc locum diuersis modis
exponunt. Siue omnis creatura resurrectionis tempus exspectat
quia tunc in melius commutabitur. siue angelica rationabilis
creatura. Petrus enim dicit etiam angelos gloriam desiderare secorum.
Quidam etiam sic dicunt. adam et eiam et creaturam quos olim
serpens ab spe diuinitatis uanitati subiectos corruptioni
efficere deseruire non ex semetipsis peccantes. sed per serpentis
instigationem consilio. et ipsi inquit liberabitur ut iam non corrup
tioni deseruiant. Omnem autem creaturam dicunt et quicumque usque
ad aduentum xpi iusti fuerunt. quia et ipsi nondum accipientes
exspectant deo pro nobis aliquid melius prouidente. Non solum autem
illi sed et nos ipsi in quibus completa sunt nondum tenemus sed in spe
sustinemus. quam uis multa iusti erant uidere cupientes quemadmodum
Item dicens. si tamen compatimur ut et conglorificemur. et inferens
exspectatio creature. de rationabili creatura sermonem facit. et
non quidam estimant de irrationabili et insensibili. que ad seruitu
tem hominis creata est et per hec pertinent. quando sol obscurabitur
et luna non dabit lumen suum et stelle celi cadent super terram. et tunc
erit nouum celum et noua terra. Creatura cum adam et eua est. quae
adhuc exspectat se a deo recipere adoptionem. Vanitati enim
creatura. Vanitas est enim omne quod quandoque finitur. Item. Vani
tas est preuaricatio cui subiecta eua non propria uoluntate sed a ser
pente decepta spe illa qua audierat et eritis sicut dii scien
tes bonum et malum. Seruitus autem est corruptionis quam anduit
adam terra es et in terram ibis. quia in resurrectione recepturi sunt